te ita sunt vel rudes, vel temerarii, ut acu magnetica uti nolint itineris sui duce. Desistit duce, licet omnibus sit consilium eodem tendendi, prorsus oppositas sequuntur vias. Tamen eorum quisque credere vult se veram arripuisse viam, & clamoribus, atque conjecturis vel per suadere conatur aliis. Omnes aequae dementes sunt, ne illis quidem exceptis, quibus forte contigerit illud, quod querunt, iter invenire. Sed extrema est eorum dementia, cum nacti navim, quam certa dirigit magis boream indigians, & quae illos tum iter monstrare potest, ducem spernunt, navim hanc aberrare contendunt, idque probare volunt argumentis, & constanti, atque invariabili directione conjecturarum suarum praerunt vanitatem. *Papin.*

Frustra Protestans ait: *Sensum habeo interiorum, persuasionem internam intuitum. Nihil extrinsecus video fidei fundamentum, quod prorsus eum sit, Spiritus sanctus me illuminat, atque intus me determinat. Gratia illius memysidus est, magister meus. Merx illusiones!* Hic non est Christianismus. Nemo negat, se intus egere ope gratiae, quae mentis oculos aperiat, & Cali viam monstrat; quemadmodum Natura calleat opus est nauticum artem, ut sciat, quoniam sibi eligenda sit via; sed praeterea extrinsecus indiget paxide Nautica, vel stella fixa, ut inde certe cognoscere valeat, quoniam sibi sequenda sit via. Non satis est ipsum tenere sibi in Africam iter, meridium versus flectendum esse iter; eo nunquam ferri poterit, si in mari positus non habuerit exterius aliquid obiectum, quod illi meridiem ostendat. Hoc ipsum de Religione dicendum: non satis est, ad hoc ut salvus sim, scire veritatem mihi esse amplectendam; neque sufficit, gratiam mihi mentem in specie veritatis sequenda; atque cor meum ad illam expiendam praeparasse. Oportet etiam, ut actu mihi veritas ipsa ostendatur; hoc est, necesse est ex duobus alterum, ut vel illam mihi revelet Deus immediate, ut olim prophetis, vel ut aliquid exterius obiectum mihi illam indiget, & infallibili modo tradat cognoscendum. Hoc autem obiectum exterius non nisi in Catholica Ecclesia reperio. *Papin.*

Christiana Religio praecipit, ut nosmet subijciamus sed ratione ducti, non casu. Praecipit, ut nosmet subijciamus hominum ritu, non brutorum; & Protestantes calumniantur Catholicos, cum se fatentur caecos, ac sine ulla ratione subijcere, illi quidem absolute, & sine ulla exceptione subijcitur; sed illos nequaquam sine cognitione id exequi probatur, quia ab illis nequaquam impetrabitur, ut eandem praestent obedientiam alteri auctoritati, quae non sit Ecclesia illius, quae sine ulla oppositione semper Catholicae titulo decorata fuit. Si negligentia, ac stupiditas corrupti populi efferet, ut temere nimis calumniatoris, vel haereticarum tyrannidem, per legitimam auctoritatem usurparet, praeter quam quod id illam non excusaret, facta in illis ipsis non ideo minus essent certa: neque minus verum esset, Christianam Ecclesiam formaliter a Deo imbutam fuisse divina auctoritate, populum Jurdorum eadem eorum fuisse, & deinceps eandem auctoritatem non alteri Societati fuisse collatam; ideoque uni Catholicae Ecclesiae jus esse utendi auctoritate in Religione, damnaandi cultum, & doctrinam aliarum Societatum: verbo, agendi, ut Matrem decet, & invigilandi hominum omnium salutem; quoniam re ipsa una illa est Sponsa J. C. Religionis saltem haec fortasse agendi rationem imitabuntur, cum illi vires non deperunt: hoc fieri potest; sed id facientes exercebunt tyrannidem innoxiam usurpationis, mendacii, erroris; cum Ecclesia exerceat auctoritatem sibi palam collatam a Deo. Praeterea animadvertendum est examen non esse malum, nisi cum proficiscitur ex principio ambitionis, & contendit se attollere super Concilia, & universam Ecclesiam; sed e contra laude dignum esse, cum oritur ex principio humilitatis, cum pro obiecto habet nostram imbecillitatem, & pro fine nostram Ecclesiam submissionem. Tale examen est hominis, qui in Schismate natus, ad examen revocatur, utrum iure sibi ablatum fuerit quod quilibet praeter suum cuique lumen, & qui persuasum est, se patrem esse non posse, ut regat se ipsum, ubi agatur de religione, fatetur, sibi semper sequendum prevalere. Haec est explicita promissio J. C. quam non praestare non potest, & quae sufficit ad persuadendum, ipsum permittere non potuisse, ut Christiana societas fuerit simul florentissima, maxime visibilis, vetustissima, & ad cognoscendum facillima, & simul doctrinam haberet, & cultum adeo corruptum, ut non esset amplius ad salutem via. Verum si nunquam desuere in Ecclesia ad salutem acquirendam subsidia, iure affirmare possumus Ecclesiam nunquam aberrasse; quia errare est egredi evia, & Ecclesia nunquam a via salutis discessit, si nunquam amiserit salutis subsidia. Quamvis etiam aliqua accidisset mutatio in iis, quae neque ad fidem pertinent, neque ad mores; in hoc

Peculiaris Protestantis sensus circa illud est.

Ecclesia, & Religio rationabilem requirit submissionem. Quomodo & in quo consistat.

Fideles per fidem, & proprium examen certo scit: se ab Ecclesia a salute via non esse moveri.

hoc tamen errare dicendum non est, quia non ideo fuisse de via salutis egressa: Sed non solum per fidem, & Jesu Christi promissionem certi esse possumus portas Inferorum nequaquam prevaluisse contra Ecclesiam, & ibi omnia inventiaria ad salutem media, & nihil in ea reperitur, quod ipsam impugnet, ac diruat; quod ipsa docet experientia, oculi, & examen facti. *Papin.*

Corpus sine unione, & partium suarum relatione, & officio nequit subsistere. Haec omnes aliae ad alias invicem referri debent, ab eodem pendere capite, eisdemque centro innazere, alioquin Corpus dissolvitur, ac necessario perit. Igitur ad Ecclesiam incolutam nihil video magis necessarium, quam regimen Ecclesiasticum, quale illud est Ecclesiae Latinae. Quin dammandus sit Episcopi unius primatus, & auctoritas intra aquos cancellos coercita, nihil mihi videatur accommodatius ad continendos Fideles omnes in eicem conjunctos, & efficiendum, ut omnes se se mutuo tanquam fratres respiciant. Si rite ad examen revocentur mala omnia, quae ex secessione, atque schismate proficiscuntur: laqueib; fortasse nullam majorem Ecclesia contingere posse calamitatem, quam scilicet esse in partes, & vix, & ne vix quidem legitimam fingi posse scilicet causam, quia malum, quod proficiscitur ex hac Ecclesiae laenica, semper longe deterius esset malo, quod per scilicet hanc evitari quaeratur. Si omnes Schismatici intelligerent, quantum necessaria sit inter Christianos omnes unio, non solum ad inspirandum ultra citroque mutuum caritatem, & fraternum amorem, qui est anima Christianae religionis, verum etiam ad Ecclesiae incrementum, christianae fidei propagationem, ferendamque in omnes terras lucem Evangelii, fatentur, quo magis regimen Ecclesiasticum innititur unitati, eo magis unio conferre, eo aptius esse ad retinenda omnia Ecclesiae membra, & eo magis ad perfectionem accedere. Patenter fingi non posse ideam regiminis perfectioris illo, quod in Ecclesia Catholica viget, & quod est, eritque semper propterea florentissimum ceterorum. Patenter, interesse omnium non solum Protestantium, sed Graecorum, Asiaticorum, aliorumque semet huc subijcere regimini, redire ad hanc disciplinam, & unitatem. Si quid faceret Svangelii potest extingui, sane id possunt secessionis, atque schismatis procellae; si quid prodesse potest, ut fulgidius insteat, eiusque splendor nationibus omnibus illuceat, hic erit ignis caritatis, qui inflammari, & insignes effectus producere non potest nisi per concordiam, atque consensionem. Plura ligna magis excitare ignem non possunt, nisi simul ardeant, & simul suas flammam confocient: Divide omnium Christianorum corda: ea invicem divelle; lumen eorum extinguetur, & calor per semet ipsum interibit. Coniunge omnium Christianorum corda, & inde lumen existet, & ardor, qui certissime in terram universam se effundat. *Papin.*

Etiam si Protestantes in articulis quibusdam rationem haberent, exempli gratia, etiam omnino probari non possent Sanctos audire preces Militantis Ecclesiae, & Ecclesiam extra gradus incommodum non posse populo calicem refecturere (neque enim alios articulos video, in quibus ulla sit species supponendi Protestantis rationem favore posse) haec omnia non satis validum esse argumentum Schismatici, atque secessionis: In his quippe rebus submissio, & silentium Deo longius graviora fuissent, quam hujusmodi Sacrificium! Opus Christiano viro dignius fuisset futurum sacrificare caritati, & paci Ecclesiae dispositiones adeo parum necessarias; & aequo animo tolerare quidquid obijcendum occurreret, quam hujusmodi transactionibus Christianam Caritatem, unionem, & Ecclesiae tranquillitatem sacrificare! Ceterorum Catholicis non solum omni culpa caret in iis, quorum nomine a Protestantibus insultantur; sed quamvis in re aliqua fallerent, praeterquam quod id accideret in re, quae nequaquam officeret salutem, eorum error non esset cum erroribus Protestantium comparandus, neque Spiritui Evangelii contrarius. Catholicis semper Protestantibus praepollent, & iure, ac merito illud ipsis dicere possent: Cur videtis festucam, quae est in oculo fratrum vestrorum, trabem vero, quae in oculis vestris est, non videtis? *Idem.*

Cum apud Protestantes singuli Doctores, quantum possunt, alios obstringant, ut sententias suas subseribant, & nullum habeant Supremum iudicem, qui illos simul valeat conciliare, & cuius iudicio debeant acquiescere: nemo aegre, & gravate ferre debet videns fratrem suum a se dissentientem, qui secessionem facientem, ubi cogendus fuerit, ut alienae opinioni subseribat, vel illum doceat. Cum secesserint illi ab Ecclesia Romana per libertatis principium, cumque privati necessitatem imponunt proprias tantum ideas sequendi; iuxta hoc idem principium, damnae non possunt divisiones, & schismata, quae iugiter apud illos subsoriri consueverunt. Hinc fit, eodem tempore, quo ipsi semet sequeuntur, & vicissim ab aliorum commanione secedunt, illos non audire sibi invicem palam inferre crimina, quod a via salutis abhorreant; omnes enim Scripturam sequi se contendunt, cumque singulis sit par jus illius

Handly Bibl. Theol. Conc. de Myster. Tom. V.

explicanda, nemini jus est accedendi fratrem eo nomine, quod a Caeli recesserit via; cum inter ipsum de hac Scripturae explicatione nequaquam conveniat. *Papin.*

Fideles omnes fateri tenentur unam duntaxat esse Ecclesiam veram, & legitimam Agni sponfam, extra quam nulla salus est; quia qui Ecclesiam non audit, habendum est tanquam Ethnicum, quia Deus illi semper pollicetur esse opem Spiritus sancti: ipsa fundamentum est, & fulcrum Veritatis secundum Apostolum, ideoque errare non potest. Illa potestatem habet nos subijcendi, & cogendi, ut legibus illius pareamus. Quicumque audit illam, audit Filium Dei, & hunc contemnit, qui contemnit illam. Quamvis non desinat in illa pravis imbuti moribus homines, ab illa ideo secedere nefas est. Spiritus S. nunquam deserit Ecclesiam suam, quamvis nonnullorum Ecclesiasticorum vita corrupta sit, & pravi exempli. Nota: ex quibus distinguitur non sunt aequivoce, sed propria, & peculiare. Non licet interpretari, & intelligere Sanctam Scripturam aliter ab Ecclesia verae interpretatione. Denique superbia est non ferenda praertere proprium sensum Ecclesiae universalis iudicio. *Institutio Catholicae Parisiense.*

Rufinus libro primo Historiae suae Capite quinto narrat, Imperatorem Constantium, ubi audit quod a Nicena Synodo sancitum fuerat, illud tanquam sententiam de Caelo ipsam acceptasse, & professum fuisse, se adversaturum illi, qui eidem contradicerent, & divina illius decreta violarent. S. August. ait, ubi aliqua consuetudo in Ecclesia universum servatur, spectandam esse tanquam ab Apostolis profectam, vel a Generalibus Conciliis manantem, quorum auctoritas, ait ille, *semper saluberrima fuit Ecclesiae.* Ex libro primo contra Donatistas scribit Controversiam de rebaptizandis illis, qui ab Haereticis abluti fuissent, non nisi per plenum, & generale Concilium finem esse habituram; & libro secundo Capite primo docet, id quod in generali Synodo decretum fuit, praerendum esse privatae auctoritati Episcoporum, & Conciliorum Provincialium; cumque alibi praefatopone videatur generalia Concilia falli posse, cum ait, illa illis *superioribus aliquando emendari, animadvertendum est ipsius non loqui de articulis fidei, ubi nihil est corrigendum, sed de Ecclesiastica Politia, & de iis, quae pertinent ad mores, ubi necesse est, mutationes occurrere pro varis temporum, locorum, & personarum circumstantiis.* Dicere etiam possumus nomen *pleni*, vel *plenus* apud S. Augustinum desumi pro *ampliori*, vel *nationali*, non autem pro universali, veluti cum alio in loco plenarium vocat, Synodum Hipponensem; & Patres tertii Carthaginensis Concilii, inter quos ipse aderat S. Augustinus, Capuanum Concilium plenarium appellent. Fatetur autem particularia, seu Provincialia, seu Nationalia Concilia falli posse. Distinctio haec reserari non potest, quod quidem ipse etiam utitur eadem libro septimo contra Donatistas, cum ait neminem temere se se immiscere debere, ut sustineat opinionem, quae acceptata non fuerit ab aliquo *Regionali* Concilio (quo nomine Provincialia significat) sed ea, quae confectur, accipit, & confirmavit *universalis Ecclesia*, quae subest regimini Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi, posse a quopiam cum omni certitudine sustineri. *Institutio Catholicae Parisiense.*

Concilia esse debent oecumenica, ut vni habeant constituendi articulum de Fide; debent esse libera, ne contristetur Spiritus S. & ut veritas locum habeat. Praeterea Conciliorum libertas non pendet, neque metienia est ex hominum libere, & secundum privati cuiuslibet desideria, sed ex iudicio Coetus totius. In illis procedendum est cum spiritu Caritatis, humilitatis, & veritatis. Ut autem sint legitima, convocanda, cogendaque sunt auctoritate illius, qui supremum Pastorem designat, & qui illius locum tenet in Ecclesia. Denique per Concilia Catholica ab Haeretico secesserunt; membra cum capite, caput cum membris coniunguntur, & sic unum Orile, & unus Pastor. *Idem.*

Fideles omnes pertinent ad Ecclesiae unitatem, quemadmodum diximus, sed Corpus duntaxat amittere nequit hanc unitatem. Privati inde possunt avelli. Hoc ipsum dicendum est de Ecclesia Sanctitate. Omnia membra ad Sanctitatem vocata sunt, non autem omnia Sancta sunt, & quae Sancta sunt, a Sanctitate excidere possunt. Hoc ipsum dicitur de Catholicitate, & Apostolicitate Ecclesiae. Haec bona sunt, in quorum partem accedere possunt membra singularia; sed quae certe invariabiliter, & secundum omniae latitudinem uni tantum Corpori conveniunt. *Auctor vocat.*

Membra Myrtici Corporis Jesu Christi, videlicet Ecclesia in unitate sua pendet potissimum ab unitate Capitis sui. Idem ad unitatem Ecclesiae pertinet, illam substantiam esse Supremo Capiti visibili, cum eodem conjunctam esse, cum illo communicare, quodlibet membrum ab eo pendere, ordinemque suum servare, quin alios prohibeat, ne manibus suis perlangantur; quod plane a Sancto Paulo declaratum est. Cum autem Jesu Christi Ecclesia sit una, Haeretici, atque Schismatici, qui illam deserunt, non pertinent ad Ecclesiam, uti videre est in vita

Prerogative Ecclesie Catholicae.

De Concilio Romano auctoritate.

Quae necessaria sunt ad Concilium oecumenicum constituendum.

Membra Ecclesiae aliqua in re participant de bonis Ecclesiae, sed non de omnibus.

Ab Ecclesia unitatem praesertim non esse Caput per illius.

San.

Sancti Petri Martyris, ubi Arrius Hæreticus multa cum impletate sciderat tunicam Domini Nostri, quæ est Catholica Ecclesia, defrens unionem, & communicationem, quam cum Sancta Romana Sede habere, & retinere debebat.

Admirabilis consensus, qui tot in populis, ac sæculis invenitur in rebus ad Fidem spectantibus ad doctrinam etiam, & ipsam Sacramentorum administrationem, necnon earumdem legum observantiam nobis perspicue ostendit Ecclesie unitatem, eademque esse vere Unum Corpus, unum Spiritum, unum Dominum, unam Fidem, unum Baptisma, unum Deum, & Patrem omnium. Omnia hæc autem inde procedunt, quod Sancti Petri Cathedra, ad quam refertur universalis Ecclesia, Cathedra est unitatis. Convertere quocumque cupis, in omnibus Ecclesie locis, qui cum Sancta Sede communicant, videbis omnes ubique eadem credere, omnes jejulare, omnes orare, omnes uno eodemque modo sacrificare, & facile deprehendes in omnibus unum esse cor, & animam unam quoad ea, quæ pertinent ad Religionem. E contra vero si illos respexeris, qui a Sancta Apostolica Sede separati sunt, quid in illis videbis, nisi id quod per imprecationem illis olim portendebat Propheta: Præcipua Domine, & stitide linguas

eorum, quia vidi iniquitatem, & contradiotionem in civitate. (ad Ephes. 4.) Voluit illi, Sanctus Augustinus inquit in hunc Psalmum, eundem sermonem loqui: recedant ad Ecclesiam, ubi inter linguarum varietatem, una tantum quoad cordis fidem invenitur. Idem.

Quamquam habeant in Ecclesiam auctoritatem Concilii; tamen negari non potest, quod minus Ecclesia diu illis caruerit; neque in tota Ecclesiastica historia liquet a Sanctæ Sedis decisionibus [ad Concilia] provocari consuevit; quod innuere voluisset videtur Sanctus Augustinus contra errores Pelagii & Sectatorum illius. Roma locuta est, causa finita est, ut solentur & error. Supponitur semper servatas fuisse formulas, & necessarias condiciones, potissimum vero cum Præfules, quibus credidit Deus depositum Fidei in diecessibus suis, ad Papam confugerunt, ut de aliquo decideret argumento ad Fidem spectante. Hæc doctrina nullam hodierna die patitur fiduciam, namque post Sanctæ Sedis decisionem, quæ petita fuit contra hujus temporis novitates; Ecclesia Gallicana jure pro schismaticis, atque rebellibus habet eos, qui provocant ad Concilium: neque enim ambigunt, quominus hæretici omnes ad illud provocaverint hæc mente, ut in erroribus suis perseverarent, & effugerent damnationem.

DE CAPITATE VISIBILI ECCLESIAE JESU CHRISTI:

Vel de Supremo Pontifice Sancti Petri successore.

MONITUM.

Enebrarum filii, videlicet omnes Christiane Religionis inimici in suscepto consilio reformandi, & potius evertendi Ecclesiam a Dei Filio constitutam, & super Apostolo Sancto Petro edificatam, egyptiam sane politice rationem excogitarunt, incipiendi videlicet fundamentum ipsum labefactare, ut deinde tota edificatio moles ruat: videlicet impuginare visibile Caput Ecclesie, asserere illi gubernaculum navis hujus tot perfectionem tempestatibus agitata, Spirituale Jesu Christi regnum super terram non invisibile solum per plura secula efficere, verum etiam inde superiorem auferre, Anarchiam constituturæ, & regimen sine subordinatione, pendens nuce ex visusque subditi voluntate, & ut omnia verbo complectar, destruere, & evertere opus Filii Dei, quod est Ecclesia, illum tollendo, quem sibi Vicarium in terris constituit, ut illam visibiliter regeret secundum libertatem potestatis, & auctoritatis illi collate.

Pater, quid fieret de Ecclesia sine Capite, & quale res ipsa hoc Caput est, videlicet Sanctus Petrus, & in persona sua successores illius: quippe Ecclesia universa, Concilia, Patres, Doctoresque illum pro tali cognovit omnibus sæculis: neque enim aliquam vera subsistere possit Ecclesia; quandoquidem nulla fuit unquam Religio neque apud Ethnicos quoque, qui semper habere Caput, & quandam Pontificis speciem: eo usque, ut Imperatores ipsi hæc sibi poposcerint dignitatem, tanquam reliquarum amplissimam, & que illi majorem conciliabat in populis reverentiam. Apud Judæos nomine Judices, etiam Summus Pontifex, ut docet Scriptura? Nullus denique politicus Cæsar est, ubi non sit Tribunal, ubi sus dicatur, & aliquis qui præsit variis contentioibus, quæ suboriri possunt non solum in causis pertractandis, verum etiam in legibus, dubitationibus, & contentioibus, quæ in Civitatibus omnibus solent accidere. Itaque velle, Ecclesiam, quæ regimen est perfectissimum, sapientissimum, & optime institutionem, quale esse oportet opus manuum Dei, esse sine Capite, idem est ac illam profus evertere, & ad nihilum redigere. Videbimus deinceps quanam sint jura, potestates, & qualitates Capiti huic necessaria; quamque honore, & que illi obedientia debeatur.

DE SUMMO PONTIFICE

Sancti Petri Successore.

Si in Ecclesie universalis definitione dubitari non potest, quominus ille, qui illius visibile Caput est, potissimum illius partem constituat; necessario fatendum est, huic non desse jura quædam, & quandam potestatem inherentem qualitati Summi Pontificis, & Capitis Ecclesie universalis. Quemadmodum in lege veteri, qui hoc in apice constitutus erat, plurimis præditus erat prerogativis, quam ceteri et populo, qui illi erant tanquam subditi in illis, quæ pertinent ad religionem; ita necesse est, ut habeat jura, & prerogativas præ ceteris vulgo fidelibus, atque etiam Apostolis. Quamobrem, quin attingamus id genus quaestiones odiosas, & nobis ad rem nostram inutiles de variis assertivis jurebus Conciliorum supra Pontifices, vel Pontificum supra Concilia, vel super temporalem Principum auctoritatem; ecce quod indubium est, & in praxi positum ab ipsis usque Ecclesie primordiis exceptis nonnullis particularibus casibus, de quibus hic non est disputandi locus; ecce, inquam, jura, & prerogativa Successoris Sancti Petri, quatenus Caput est universalis Ecclesie, quin de eodem loquamur, quatenus est peculiaris Episcopus Romanus. Cum hoc in loco nequaquam contra Protestantem loqui aggrediamur: satis erit citra disputationem ostendere, vi solius antiquitatis Primatum Sancti Petri, & Pontificum, qui eidem in Cathedra Romana successerunt; nec non præ-

rogativas, & jura, quæ ab hoc Primatu divelli non possunt, quæ de re inter omnes Catholicos constat. Itaque quin unquam divertant ab hoc principio ex sola antiquitate delumpto per simplicem expositionem Conciliorum, Patrum, & ipsorum etiam Pontificum, ostendo quid venerabilis vetustas, de his articulis semper crediderit.

Ecclesia, quæ Romana appellatur sola gaudet privilegio, quo una, Sancta, Catholica, & Apostolica dicitur, & habetur; qui quatuor characteres Ecclesie Jesu Christi, nulli cuiquam Societati præter hæc congruunt. Ecclesia autem Romanæ nomine intelligimus eorum fidelium, qui Romæ Episcopum colunt tanquam visibile Caput in terra, eique quatenus tali obsequuntur. Romæ autem Episcopum Papam nuncupatur, quod nomen Patrem significat. Nomen hoc olim indiscriminatim Episcopum omnibus tribuebatur; fuit enim quodam in sensu Patres Ecclesie. Obtinuit autem consuetudo plurium seculorum, ut uni Romæ deferretur Episcopum, qui quatenus Caput Episcoporum, Pater est totius populi Christiani, ut illum Sanctus Augustinus appellat, quia successit in Sedem, atque auctoritatem Sancti Petri, qui Romæ mortuus est, postquam ibi sui Episcopatus Sedem constituit, & qui ab ipso Jesu Christo constitutus fuerat Caput Apostolorum. Antiqui recenti.

Prolixo opus non est dissertatione probaturum Primatum esse visibile Caput universalis Ecclesie a Jesu Christo constitutum. Ingentia, & erudita volumina, quæ tot literati viri hujus, & superioris sæculi ediderunt ad veritatem hæc explanandam, hoc argumentum exhauserunt; quippe est

que protulerunt quædam solidissimam afferri potest de hoc fidei nostre articulo, a quo pendet perfecta hæc unitas, quam Ecclesie necessariam esse conspeximus. Dicam solum ea, de quibus inter Catholicos convenit; a Jesu Christo delectum esse Apostolis omnibus fuisse Sanctum Petrum, ut illi conferret non solum Primatum ordinis, honoris, & gradus primam conferendo Sedem, ut ipse illi, qui primus est inter pares dignitate, donis, potestate, & gratia, quæ ab Episcopatu, & Apostolatu separari non possunt, verum etiam Primatum jurisdictionis, potestatis, & auctoritatis in fideles omnes Ecclesie totius, cuius Caput constitutus est. Hoc illi discunt esse celeberrimo eo loco Evangelii capite decimo sexto Apostolis Jesu Christo seiscitanti, quid de se crederent: Tu es Christus Filius David; (Matth. 16.) Divinus ille Salvator fides ipsius Elogium celebrans, dixit illi: Beatus es Simon filius Jona, quia non caro, & sanguis revelavit tibi; sed Pater meus qui in Cælis est. Et ego dico tibi, quia tu es Cephas (Ibidem) (hoc est Syriace Petrus) & super hæc Petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebit adversus eam, & tibi dabo claves Regni Cælorum, & quod ligaveris super terram, erit ligatum in Cælis, & quod solaveris super terram, erit solutum in Cælis. Idem.

Veteres, qui testimonium perhibuerunt Primatum Sancti Petri, ac supremæ illius potestatis in Ecclesia universali, communi sententia istis verbis innixi Jesu Christi, illum contulerunt etiam Episcopis Romæ, qui sunt successores Principis Apostolorum in hac Cathedra. Nihil est adeo commune in Conciliis, & Patribus, ubi eadem quæ dicta sunt de Sancti Petri Primatu, & de prerogativis Cathedre ejus Romanæ, inveniantur de verbo ad verbum repetita ad experimentum Primatum Papatum, Supremamque eorum jurisdictionem in iis, quæ ad fidem pertinent, & Superioritatem Cathedre eorum, & Ecclesie Romanæ, cui declarant ceteras adherere debere tanquam lineas centro suo, & tanquam origini unitatis Sacroralis. Ideo Ecclesiam universalem nos Catholicam dicimus, Apostolicam, & Romanam: quoniam opus est, ut omnes particulares Ecclesie, ex quibus magnum Corpus istud constat, & conjunctæ sint communionem cum Romano Pontifice capite suo: ut sint membra veræ Ecclesie Jesu Christi, quæ una est per unionem hæc, quæ perfectam ejus unitatem constituit. Ita intelligendum est secundum omnem antiquitatem oppositam novitati Protestantium, id quod Catholicis creditur de S. Petro, & successoribus ejus in Episcopatu Romæ; unde facile deinceps est videre, semper secundum antiquitatem, quæ prerogativas, & quæ jura Primatus iste conferat Papi, Sancti Petri successoris. Idem.

Arduum non erit statuere Romanam Ecclesiam a Sancto Petro fundatam fuisse; ipsam primum fuisse Romanæ urbis Episcopum, & Papis successores esse illius in hoc Episcopatu. Patres omnes, & Auctores antiqui, qui asserunt S. Petrum fuisse Romæ, dicunt etiam ipsam peculiarem Ecclesiam illam fundasse. Verum est, nonnullis eorum illi hujus functionis socium tribuere S. Paulum, ut hodierna quoque sit die, neque perperam a quia uterque ibi variis temporibus annuntiauerunt Evangelium, & uterque simul Martyrio suo illustrem illam Ecclesiam consecraverunt. Sed ubi loquuntur, quod æquissime faciunt de Episcopatu, & Cathedra Romana; illam unice Sancti Petri Cathedram vocant, quin Sanctum Paulum adiciant. Itaque in dubium revocari non potest, quominus antiquitas univerfa cognoverit Sanctum Petrum solum esse Apostolum fuisse primum Romanæ urbis Episcopum, quod Blondellus ipse insignis Protestantis fateatur. Itaque cum Optatus, Milevitanus, S. Hieronymus, Sanctus Augustinus, alique Romæ recentent Episcopos, semper S. Petrum omnium primum memorant, ac descendunt usque ad illum, qui ævo suo tenebat Sanctam Sedem, ad ostendendam jurem successionem Papatum a S. Petro, cuius legitimi fuerunt successores, & cuius Cathedram repleverunt; quod sepiissime Sancti Patres, & Concilia testantur. Antiqui recenti.

Non desunt, qui dixerint Episcopos utpote Apostolorum successores, omnes quatenus tales esse per Cathedram Sancti Petri. Nos quoque hoc ipsum asserimus, ut illi; & omnes consentiant opus est ob rationem, quam sum allaturam. Quemadmodum Ecclesia universalis una est, & unum totum compositum est omnibus peculiaribus Ecclesiis cum Ecclesia Principe conjunctis, quæ est origo, principium, & centrum unitatis eorum: ita in Ecclesia una tantum est Cathedra & unus Episcopatus compositus est omnibus Cathedralibus Episcopalibus per communicationem quam habent cum capite hujus Ecclesie, & cum hac Cathedra Principe, quæ est origo, principium, & centrum unitatis, & a qua unitas ista procedit. Ita ut sicuti omnes fideles sunt in eadem Ecclesia, ubi capiti ejus adherent, ita Episcopi omnes generantim sumpti, & quilibet singillatim, sunt super eadem Cathedra per communionem, quam habent cum illo, qui sedet super Cathedram Principem, ex quo per unionem hæc quam servant cum illa, procedit unitas Cathedralis, & Episcopatus in Ecclesia. Sed præterea singuli eorum pecu-

liarem habent Cathedram suam, cuius aliorum nullus est participes, quemadmodum omnes participes sunt hujus Cathedralis, quæ una est in Ecclesia universali. Et quia Sanctus Petrus caput est, non solum peculiaris illius Romæ Cathedralis, verum illa etiam Ecclesie totius fæpe vocatur a Sanctis Patribus Cathedra Sancti Petri. In hoc igitur sensu omnes Episcopi sedent in Sancti Petri Cathedra, quomodo Doctores Legis antiquæ sedebant super Cathedra Moyis. Sed omnes Episcopi, non ideo sedent super Cathedra aliorum Episcoporum, cum singuli solide possideant suam, tanquam partem universalis Episcopatus. Hoc igitur modo intelligendum est, cum dicimus omnes Episcopos esse Sancti Petri successores. Idem.

Si consuleretur antiquitas, repetentibus prima Ecclesie secula constanter innotesceret primatum Sancti Petri semper magis crevisse. Et patet ratio ex testimonio omnium fere Sanctorum Patrum passim in operibus suis dicentium, illum esse præcipuum Cathedram, cui cetera adherere debent; illum supremam habere potestatem, quia illi credita fuit cura agnorum filii Dei; illum recepisse primatum, ut una esset Ecclesia; illum, primum esse, principium, caput, & coriphæum Apostolorum; illi a Jesu Christo traditum fuisse exterioris Ecclesie sui regimen, & præfecturam super fratres suos; illum prælatum fuisse omnibus Apostolis, & regere ipsos etiam Patres cum centum aliis id genus encomiis, quæ omnia magifice primatum ejus significant; quod sepe in generalibus Conciliis repetitum, & approbatum est. Idem.

Supereminens Sancti Petri dignitas adeo insignis erat apud ipsos Ethnicos temporum antiquorum, ut Porphyrius unus ex celeberrimis ævi sui Philosophis, obiceret fidelibus, quemadmodum testatur Sanctus Hieronymus, quod tanta fuerit Sancti Pauli temeritas, ut ausus fuerit reprehendere Sanctum Petrum Principem Apostolorum, & Magistrum suum. Cum ergo venerabilis antiquitas primatum Sancti Petri crediderit, quem Protestantibus impugnant per doctrinæ suæ novitatem, jure cum quodam Sancto Patre illis dicere possumus: Desinas inesse novitas reprehensam. Ceterum adeo patet Jesum Christum, qui vult Ecclesiam suam permanere usque ad consummationem sæculi, contulisse Sancto Petro primatum, ac supremam dignitatem capitis visibilis universalis Ecclesie pro ipso, & successoribus ejus in hac Principe Cathedra, quam Magnus hic Apostolus Romæ constituit, ut supervacaneum esset id argumentum probare. Si enim ita admitteretur sepe, quæ ut ad successores illius non migraret, sequetur, post Sancti Petri obitum Ecclesiam lapsam fuisse; neque habuisse amplius illud unitatis principium, quæ una sit, & illam habuisse corpus sine capite, & adificium sine fundamento. Verum non ne liquet, natura ipsa ordinem huic constitutum esse in legitimis successoribus Regum, aliorumque Principum, atque Ducum in rebus publicis? Episcopi, Metropolitæ, Primate, & Patriarchæ in Ecclesia; ipsi etiam apud Protestantes Ministri succedant in prædecessorum suorum jura, & potestatem. Idem.

Omnès Catholicis qui sciunt, Papis esse successores Sancti Petri, omnes in hac re consentiant; non autem omnes Hæretici: non enim desunt inter recentiores, qui audacter negant divinum hunc Apostolum unquam fuisse Romæ, atque suam in urbe illam Cathedram possidisse. Quam inauditam sententiam probant silentio Sancti Lucæ, & Sancti Pauli, qui Romæ fuerunt; & qui de Sancto Petro fuisse locuti, ibique invenissent Fideles, si ante ipsos ibi predicatum fuisset Evangelium. Ad hæc quamdam asserunt Chronologia ab ipsis ad libidinem confarctatam Actuum Apostolicorum, quæ nullo pacto cum Sancti Petri historia potest conciliari; & demum unatur etiam Epistolis hujus Apostoli, ex quibus liquet missionem illius fuisse in Asia, & ipsum obiisse Babylonem: quæ omnia superius a nobis consutata sunt. Antiqui recenti.

Nil melius ostendit quæquam sit imbecillitas, & illusio mentis humanæ, quam cum per ingenium sibi superbiorem excutere vult auctoritatem, cui sese subijcere debet, ideoque opponit illi fallaces argumentationes suas, quæ non nisi ad eorum cecitatem, & vanitatem detegendam profunt. Quamvis nullum aliunde nobis lumen suppetere videretur, & Cathedre Romanæ S. Petri; nemo unquam cordatus vir sinneret sibi suam fieri per hæc argumenta, quæ nihil concludunt, & facili negotio exsultantur. S. Lucas nihil horum dixit in Actis Apostolorum. Ibi locutus est de itinere S. Pauli in Arabiam, & de ejusdem reditu Damascum, mox Jerusalem post tres annos itineris ejusdem in Galatiam, de raptu ejus in Cælum, de triplici ejus naufragio, de octo flagellationibus ejus, aliisque id genus ferecentis, quæ passus est? Nunquid ex hoc S. Lucæ silentio inferendum est, hæc omnia falsa esse? Quæ nisi Sanctus Paulus ipse scripsisset, vel si Epistola ejus ad Galatas, & illa, quam scripsit ad Corinthios, ad nos usque non pervenissent; hoc S. Lucæ silentium majorem ac vim habuisset ad probandum illa vera

Generalis Concilii de fisiones nō semper necessarias fuerunt in Ecclesia ad hæreticos damnandos.

Idem in re hanc de fisionibus.

Idem in re hanc de fisionibus.

Ecclesia Romana fides est veræ J. C. Ecclesie caput visibile est Petrus.

In Ecclesia non tantum est Cathedra Sancti Petri, sed etiam aliorum Episcoporum.

De Primatu S. Petri qui ab ipso Jesu Christo constitutus est Caput.

Primatus S. Petri semper se laicius extendit.

Ipsi etiam libidini fuerunt innotescens S. Petri dignitatem cognoscere.

Quam inaudita sit opinio de primatu S. Petri in Romæ fuisse.

Ejusdem argumentatio.